

HENRICVS SYBOLD ARTIS MEDICAE PROFESSOR, LECTORI SALVTEM.

PRISCORVM AETAS REI MEDICÆ olim studiosissima, Lector optime, cum rerum naturas non sine admiratione crebra indagine scrutaretur, eā imprimis Medicinę partem excoluit, atq; in ea summo studio occupata fuit, quæ circa Naturam simplicium uersatur. Nullum (ut aiunt) non mouens lapidem, in natura & proprietate simplicium inquirendā, quo posteritati pro uirili sua cōmodaret. Nimirum acutus intelligens, notitiam simplicium, uel præcipua am partem esse Medicæ professionis. Siquidem horum uirtus tam latissime patet, tam efficaces sunt horum vires, ut quidā in ea sententia fuerint, singulos morbos, qui modo curam recipiant, singularis simplicibus, egritudini apte adhibitis, recte curari. Ut autem Medicæ artis caput est, medelā cōmode ministrare & applicare egroto corpori, Ita haud dubie primus gradus est, cupientibus ingressi Medicæ disciplinæ sacrariū, si uoces simpliciū, horumq; occultas & peculiares proprietates, exacte teneant. Proinde quos hæc studia iuuant, ut neminem non oblectare possunt, cui cordi est recta ualetudo, h̄j in agnoscendis simplicium na-

A ñ

euris primum se fulciant, ac dein simplicissimam
illam (ut ita dicam) medendi rationem, dextro
apolline tentent. Quo fiet, ut confusanas illas re
sum mixturas & cocturas, uel euitare, uel modes
ratius adhibere, aut ubi morbi qualitas tulerit, cū
iudicio attemperare ualeant. Cum autem Geor
gius ille Valla, omnium honestarum disciplinarū
uallum munitissimū, in hac parte Medicinæ, quæ
simplicium naturas discutit, primam laudem me
tuerit, orationis mundicie, ordine, rerum propriis
estate reddenda, nemine posterior, Nos ex illius
plane exquisitiis uoluminibus, selegimus librum,
cui titulum fecit, de Natura simplicium. Non tam
ut prelum nostrum, temporum infelicitate otio
sum & squalidum, pro publico studiorum cōmo
do, ad intermissum opus reuocaremus, sed etiam,
ut hoc libello ueluti exorrecto quodam signo,
ad sacrosanctam Medicinæ professionem excitare
etiam studiosos. Sed quid te moror amice Lector?
Nihil hic necesse, aut operi, aut operis auctori
patrocinari, cum solidis præsidij ita cir
cumuallatus sit Valla, ut alieno pa
trocinio nō egeat. Tu opera
nostra utere, fruere libel
lo, & bene uale.

